



PARACELEVSIS  
AD  
CAPITVLVM  
PROVINCIALE  
CELEBRANDVM  
IN MAGNO  
CARMELITARVM  
OBSERVANTI  
COENOBIO  
HISPALENSI

AB VNDECIMA VSQVE AD QVARTAM-  
decimam lucem mensis Maij

Anni Dñi. M. DCCXV.



H

PARRACELLEVSIS

AD

CAPITVLVM

PROVINCIALE

CELEBRANDVM

IN

CARMELITARVM

OBSERVANTI

COENOBIO

HISPALENSI

AB VNDECIMA VSQVE AD QVARTAM

decimam lucem mensis Martij

Anni Dni M. DCCXV

A



*Omnes gentes plaudite manibus.*

*Psalm. 46.*



Acis peroptatus Phæbus, tot aterrimis bellorum tenebris fugatis, Europæo iam hemispherio illucescens omnium gentium animos ad laudes Deo tribuendas (ita incognitus) fulgoris sui spiculis stimulat: Quem hæc Bætica Eli-Mariana Provincia sequitur concinens: *Iubilate Deo in voce exultationis. Vincentis* (legit Theodoretus) *in voce ovante* (Vatablus) quoniam Deus noster ostendit se excelsum, atque terribilem, & Regem magnum, *qualem vniversa terra non habet*: vt explicat paraphrasis græca cuiusdam anonymi. *Subiecit enim populos nobis: & gentes sub pedibus nostris.* Eadem paraphrasis: *Nonnulli, gentes, & populos, dicunt esse Satanam, & virtutes illi subditas.* Hoc enim modo (ait Corderius) *libertas omnibus simul data est: vt fraterno iure coniuncti ad cælestem hereditatem aspirent.* Cumque huiuscemodi felicitate iam Christianismus perfruatur: peculiaris ratio superaddita gratiarum actionis materiam adauget, quæ in versu sequenti continetur: *Elegit nobis hereditatem suam speciem Iacob, quam dilexit* Nobis enim elegit Dominus: quoniam licet nos; non per nos, nec propter nos, nec à nobis; sed nobiscum *Deus elegit nobis speciem* (Aquila) *excelentiam* (Symachus) *glorificationem* (alia eius editio) *gloriationem* (D. Hieronymus) *gloriam* (Genebrardus) *magnificentiam,* & *excellentiam Iacob*: hoc est, sanctitatem quæ est hæreditas sua Heracleanus speciem Iacob salvandos exposuit: iusti enim dicunt Christo in Apocalipsi cap. 5. *Fecisti nos Deo nostro Regnum.* (In his omnibus præteritum profuturo posuit Psalter ob certitudinem prophetiæ, ait noster Incognitus) Nunc igitur quid mirum, quod talis Prælatus à Deo eligendus ascendat ad fastigium regiminis huius Provinciae) *in iubilo, & voce tubæ?* Magno. scilicet, subditorum eius gaudio: (orabat D. Leo Magnus serm. 1. de Ascensione) & plausu inenarrabili. Tot tamquam singularibus quidem beneficijs communiter simul, ac peculiariter à Domino hæc Eparchia latificata ad psallendum Deo convocat prævidens, quod ipsius Dei nostri Reg-



num felicius perficietur in cordibus fidelium per vnionem principum, & praelatorum cum Deo Abraham (vt explicat quidam Rabbi nus apud Vatablum) ex exaltationem bonorum: qui Dei fortes terræ iure nuncupantur, (teste Hugones) ad officia praelaturas & dignitates sicut hæc ipsa Provincia, ei Dominum sperat, misericorditer concessurum.

Amen.

## PSALMODIA SACRA TVBARVM Psalterij in celebratione Capituli.

In voce tubæ  $\psi$ . 6. Psalite Deo nostro  $\psi$ . 7.

Die Sabbato XJ. mensis Maij.

**W** Andalicus Carmeli coetus psallet postulando (Incognitus) à Divino Spiritu: *Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his vnum accipere locum ministerij huius.* Act. cap. i. Psallet (inquam) in voce tubæ: *cum sonitu* (Vatablus) ex motione Divini Spiritus, qui, velut tuba locutoria, ita Apostolorum voces roboravit, vt *in omnem terram exierit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Psalm. 18. vel *in voce tubæ*: quia, psallet piè congregata in Spiritu Sancto, qui amor Patris, existens, & Filij, ab vtroque, vt vnico principio, procedit; cuius aliqualem analogiam reperiri, quis non videat. In voce tubæ, quæ à tubicine, & tuba, vt vno principio exit? Voce etiam tubæ, seu Angeli (secundum Origenis sententiam) ad P. C. orationem habebit deliberativam.

PATER Fr. BARNABAS BALFAGON

Magister Studentium in eodem

Hispalensi Coenobio.

DIES



DIES XIJ. MAIJ.

*Deo nostro psalite v̄. 7. In Neomenia tuba in  
insigni die solemnitatis vestra. Psalm. 80.*

**D**ominica tertia post Pascham in Neomenia insigni die (ita  
Titelman) *solemnitatis suæ* ( Vatablus ) *festo gubernationis.*  
(Theophylactus) *pro collectione fructuum* præcedentium de-  
precationum, pro electione, videlicet, iusti Præsulis, Deo,  
qui per os David ( Psalm. 150. ) dixit: *Laudate Dominum in Sanctis*  
*eius:* hæc Boetica Carmelitarum Provincia psallet in *clarissima tuba*  
*præcognitionis arcanae* ( Andreas Hierosolimitanus ) *Beatissima Virg.*  
*Deigenit. Maria in Monte Carmelo à nobis celebrata, antequam*  
*nata:* sub honore cuius gaudens in Domino comme-  
morationem celebrabit in gratiarum  
actionem.

DIES XIIJ. MAIJ.

*Psalite Regi nostro v̄. 7. In voce tubæ corneæ.*  
*Psalm. 95.*

**F**eria 2. Regi nostro sæculorum immortalis in voce tubæ corneæ,  
in qua *abscondita est fortitudo Dei*, vt significavit Habacuc  
cap. 3. In magno scilicet Zelatore Protoparente nostro Elia,  
per quem, & pœnitentibus solatium, & contumacibus exterminium  
declamavit, & buccinaturus est Dominus, Psallet hic Wandalicus  
*congressus laudum canticis, & tripudij spirituales* ( vt hic lo-  
quitur Theodoretus ) *universorum Imperatorem hono-*  
*rans:* pro collatis beneficijs in novi  
Præsulis electione.



DIES XIV. MAIJ.

*Regi nostro psalite ꝑ. 7. In sono tubæ.*

*Psalm. 150.*

**F**eria 3. Regi summo, hæc Eliana Familia psallet in novissima tuba, quæ invenitur in Psalterio: cuius ad laudandum Dominum in firmamento virtutis seu Sanctuario Cœlesti (vt explanat Bellarminus) omnes spiritus invitantis echo resonat, in cap. 15. Epistolæ ad Corinthios: & in 1. ad Thessalon. cap. 4 habetur: *Dominus in tuba (scilicet novissima) descendet de Cælo, & mortui, qui in Christo sunt resurgent.* Psallet (inquam) in Sanctis animabus, quæ de nobis benemeritæ in hoc sæculo: in altero viventes per gratiam, mortuæ sunt ad gloriam, donec à peccatis solvantur: commemorationem earum faciens ad Deum: vt sanctis sacrificijs expiatæ incorruptibilem gloriam nanciscantur:

*Canet enim tuba, & mortui resurgent  
incorrupti.*

SAPIENS, ET ERVDITA HARMONIA  
TRIA CELEBRATIONIS CAPITVLI LVMINA,  
SVB VESPERVM XIJ. XIIJ. ET XIV. MAIJ.  
IVCVNDE QVIDEM HILARANS,  
ac mirum in modum lætificans:

PSALITE SAPIENTER.

**R**egius vates non solum vocibus psallendum sed, & mentem in eorum, quæ dicuntur intelligentiam excitandam esse iubet: sicut Theodoretus exposuit: & Origenes dicit: exortatio est ad intelligentiam: & Græcus legit: *synetoos*, idest, *intelligenter*, & Divus Hieronymus: *Eruditè*. Qua propter, cum in  
hoc



hoc Psalmo omnes rerum ordines contineantur generales, naturæ, scilicet; in Angelis, de quibus loquitur Regius Vates, dicens: *In iubilo, & voce tubæ*, vt docet N. D. Cyrillus Alexandrinus lib. 10. in Ioannem cap. 9. Gratia verò iniustis in v. 5. in illis verbis: *Elegit nobis hereditatem suam speciem Iacob, quam dilexit*: Et ex mente D. Athanasij, ibi: *Dij fortes terræ vehementer elevati sunt*. Vnionis denique hypostaticæ in Christo Domino, de quo loquitur Psalter in hoc Psalmo ad litteram, vt habet paraphrasis Theodori Heracleani: Merito hæc Boetica Provincia per tres vespertinas lucas sequentes electionis diem sapienter psallet, per altissimas causas in triplici rerum ordine, veram contentorum in hoc Divino cantico intelligentiam ostensura.

DOMINICO VESPERE  
XIJ. MAIJ.

**R**EV. P. M. Fr. NICOLAUS LLERENA IN ALMA Granatensi Academia Sacræ Theologiæ Doctor, & Cathedricus, vox gravis sonabit per tertiam, bonam consonantiam harmonicam, sapienter psalens in ordine gratiæ per altissimam eius causam, nempe Deum: In quo ordine Beatissima Virgo Maria percepit matutinum iubilum, adiuvit enim eam Deus mane diluculo, Psalm. 45. & prima perfecta consonantia cum Deo, ex ore Altissimi producit primogenita ante omnem creaturam. Eccl. 24.

Falsas voces (vtendo terminis Musicæ) cooperiet  
P. Fr. IOANNES BECERRA  
in Conventu Granatensi Studentium  
Magister.



Div. Ignat. epist.  
ad Ioannem.

D. Epiph. hom. de  
laud. Virg.

Dam. serm. de  
Nativ.

D. Laur. Iustin.  
serm. de Annun.

D. Bernard. serm.  
2. in Salve.

**M**agistræ Evangelistarum Sapientissimæ,  
& nostræ Religionis Matri pijsimæ.

**A**ltissimæ speculationis miraculo.

**R**eginæ, cuius est potestas in Cælo, & in  
terra deorsum.

**I**nteremptrici omnium Hæresum miri-  
fica.

**A**queductui Divinæ gratiæ infrangi-  
bili.

**B. MÆ V. DEIGENITRICI  
MARIÆ  
DE MONTE CARMELO.**

**C**uius benignitas magnificentissima hunc nostrum  
Sixt. IV. sacrum Ordinem spiritualiter genuit, & ad vbera  
Greg. XIIJ. lactavit, vesteque duplici ut sacer hic ordo dignosceretur  
Sac. Congr. insignivit, & ut à malis ingruentibus protegeretur com-  
Rit. munivit: Ac denique per quam eius durationem Beato  
Petro Thomæ his verbis, ut veris ab Ecclesia approba-  
In Erev. tis, repromissit. Confidite Petre, Religio enim Carmelita-  
Ordin. rum in finem usque est perseveratura: Elias namque eius  
Institutor iam id olim à filio meo impetravit.

Huic igitur benignissimæ, ac munificentissimæ Imperatrici sua  
Boetica Carmelitarum Eparchia pro Comitibus Provincialibus  
congregata has N. R. D. Theologicas resolutiones  
C. L. C. L.